UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Vbi quis de curiali vel cohort. alia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

in poſſeſſione, ⁊ non in proprietate, ⁊ tunc debet cõſtare de iure a-
ctoris ſummatim, hoc eſt, per preſumptiones, vel indicia vel ſemi-
plenã probationem, vt l.iij.§.cauſe.ff.ad Car. ⁊ ita in hac l.cũ per
hanc miſſionem non fiat preiudicium, niſi in poſſeſſione. ¶ Uenio
ad finẽ noſtre legis. dicitur hic, omni allegatione abſenti reſerua-
a ta ſuper proprietate. Quero, vſq; † ad qđ tempus auditur de pro-
prietate. Dicit gl. vſq; ad decẽ annos inter preſentes, ⁊ viginti in-
ter abſentes. Nam poſtea eſſet res vſucapta, vel preſcripta, vt in l.
iuſte.in gl.allegata. Doc. reprobant iſtã gl. nam per primum decre
tum, nõ intendit iudex transferre dñium per cõſequens, nec vſuca
piendi conditionem, vt l.clamibus.de contrah.empt. Suſtinendo
gl. dic ꝙ vſucapiet ex poſſeſſione quodammodo iuncta cũ prece-
denti titulo, quẽ habebat, vt l.ſi is qui pro emptore.§.pe.ff.de vſu
cap. ⁊ l.eum qui edes.poſt prin.eo.tit. ¶ Item dicit gl. ꝙ aliud eſt
in actione noxali, cũ ſtatim efficitur dominus accipiens, ſi primus
poſſeſſor erat dominus, vt in gl. hoc eſt verum quando miſſio fit
ex ſecundo decreto, ſecus ſi miſſio fieret ex primo. ⁊ ita loquuntur
iura allegata in gl. ¶ Item dicit gl. qđ in actione perſonali audi-
tur quis vſq; ad xxx. annos, volens recuperare poſſeſſionem, niſi
a peruentum fuerit vſq; ad fin decretũ, ⁊ verum dicit gl. ¶ † Quero,
b nunquid in reali miſſus[b] in poſſeſſionem ſtatim poſſideat. Dic, vt
dicemus in d.l.ſi quis emptionis.§.pe.j.de preſcript.xxx.an. Facit
ad predicta, quod nõ. in l.iij.§.fi.ff.de acqui.poſ.⁊c.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Breuiter. Adde Bar.in l.j.C.quo.bo.contrarium te-
net in l.admonendi.de iureiur. ⁊ in ver.ſummarie.in extraua.ad re
primendum.vide nõ.do.Mat.in ij.vo.iij.no.
b POMA. ¶ Reali miſſus. De hoc autem, an miſſus in poſſeſſionẽ
ex primo decreto, in actione reali poſſideat, vide Alexan.in l.iuſte
poſſidet.in prin.ff.de acqui.poſ.

LEX III.

1 ☛ Actiõ perſonalis que proponitur pro aliqua re immobili, an
poterit in loco vbi res eſt, proponi.

a ACtor. Actio in rem põt exerceri vbi poſſeſſor ha
bet domiciliũ, ⁊ vbi res eſt[a] alias (actor) de-
bet forum rei ſequi, tam in actione reali, quã in perſona
1 li.h.d. ¶ † Quero, quid de re mobili,[b] per ciuitatẽ iſtam trãſit qui-
b dam mulio, ego dico mulum, quem ducis, eſſe meum volo eum hic
conuenire, an poſſim. Et videtur ꝙ ſic, quia poteſt conueniri vbi
c res eſt. Et de hoc ſunt opi.in gl.noſtra, vt in ea habetis. Finaliter[c]
ſalua meliori deliberatione, dicendum videtur qđ non, q̄ iſtud, ꝙ
hic dicitur, vbi res eſt, intelligitur vt ibi permaneat, non ad tẽpus
cauſa cuſtodie, vel tranſitorie, tunc enim ibi nõ dicitur eſſe. Uidi-
ſtis in l.ij.de verb.ſig. ⁊ l.queſitum.§.ij.de leg.iij.cum ſi. ⁊ ideo ſi res
eſſet hic, vt hic permaneret, ide; eſt in re mobili, qđ in immobili, ⁊
ſic procedat opinio Azo. In re que eſſet hic tranſitura, ⁊ cauſa cu
ſtodie procedit opi. Hug. ⁊ aliorũ ſalua meliori deliberatione, cete
2 ra dic vt in gl. ¶ † Quero, quid in actione perſonali, que proponi
tur pro aliqua re immobili vtrũ poſſit ꝓponi in loco vbi res eſt, ſi
d proponens non habet hic domicilium. Gl. tenet ꝙ non[d].ff.de cen
ſi.l.forma.§. ſi vero quis agrum. ⁊ ibi not. ⁊ probatur. ff.de iudic.l.
e quod leg. ſecus in actione miſta,[e] vt j.proxi.titu.l.j.in qua idem te-
net, quod in reali.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶ Res eſt. An idem ſit ſi agatur remedio poſſeſſionis
reſtituende, vide Are.in c.ex parte.de fo.compe. Item qđ ſit in ele
ctione actoris an velit agere in loco domicilij conuenti, vide Feli.
in c.dilectus.el ij.de reſcrip.
b ☛ IO.FR.RV. ¶ Quero quid de re mobili. circã iſtã q. Adde ꝙ
cum deciſione Bar. tenent Bal. Ang. ⁊ Pau.de Ca.hic. ⁊ Spe.in
tit.de compe.in addi.§.j.ver.quid ſi quis per locum.
c ¶ Finaliter. Adde tu qđ hec opinio fuit originaliter Pe.hic, ⁊ il-
lam ſequitur Jo.and.in addi.Spe.in ti.de compe.iudi.adi.§.j.ver.
xx. ⁊ in c.ſi.de fo.compe. ⁊ ita etiam Abb.in c.ſane.de fo.compet. ⁊
ibi do. Ma. So.in d.c.ſane. verum ſecundo declara.
d ¶ Tenet ꝙ non. Et ſic habes qđ in perſonalib. quis ratione rei
ſite non ſortitur forum. Ita etiam tenet domi. Maria. Soc.in c.ſa
ne.verſi.ſeptima declaratio.de foro compe. Adde tamen qđ ſi aga
tur hypothecaria ratione rei ſite. quod quis in loco poterit conue
niri. Ita Joan. And.in addi. Spe.in titu.de compe.iud.§.j.verſic.
vij. Et idem ſi agitur interdicto turbatiuo, dato quod ſit perſona
le, tamen eſt ſcriptum in rem, ⁊ ideo quo ad ipſam rem iudicatur,
vt realis.l.j.ff.de interdic. ⁊ no. Jnn.in c.ex parte.extra de foro cõ-
petenti.
e POMA. ¶ Actione miſta. vide Roma.conſi.cxcvij. ⁊ Bal. etiam
idem tenet in l.cum in longi.§.nihil.j.de preſcriptio.long.tempo. ⁊
Panormita.in c.fin.extra de foro competen. ⁊ Bar.in l.forma.§.j.
ff.de cenſi.

Vbi de hereditate agatur. Rubr. XX.

LEX VNICA.

a ILlic vbi. [a] Miſſio in poſſeſſionem debet peti, vbi
res eſt, ⁊ petitio hereditatis poteſt inten
tari vbi heres habet domicilium.h.d.⁊c.

ADDITIO.

a ¶ Illic vbi. Uide Joan. de Anna.conſi.iiij.incip. viſis ſtatutis in
iij. dubio.

Vbi de ratiociniis agi oportet. Rubr. XXI.

LEX I.

EUm qui. De adminiſtratione tã publica, quam
priuata, ibi ratio reddi debet, vbi eſt ge
ſta.h.d.iſte titulus.

Vbi cauſa ſtatus agi debeat. Rubr. XXII.

LEX I.

3 ☛ Reconuentio an poſſit habere locum, quando cauſa conuen
tionis eſt ſummaria, ⁊ reconuentio non.
4 Reconuentio non habet locum in cauſis, que ſibi inuicem pre
dicant.

EAque. Hec eſt bona lex. An quis fugerit, de
prius per iudicem examinari, ⁊ reper
fugiſſe ad locum vnde aufugit, debet remitti, vbi ſtatus
queſtio agitur. h.d. ¶ Quero primo quo iure cogno
1 ſcatur de hoc, † an ipſe aufugerit, vel non. Dicit glo. non interdicto
vti poſſidetis quia res eſt mobilis, ſed interdicto vtrobi, non eſt ve
rum, q̄ illud haberet locum, quando ancilla poſſideretur ab alio,
ſed quando ipſamet facit controuerſiam ſui, recurrendum eſt ad
officium iudicis, vt l.iij.§.hoc autem interdictum de lib.exhi.habe
2 tis.no.j.de lib.exhi.l.j.ff.de rei ven.l.j.§.per hanc. Erit † ergo practi
ca hic quod ille, a quo ſeruus aufugit in aliam ciuitatem capiat
ſeruum per perſonam ⁊ conducat ad iudicem illius terre in qua
eum cepit ⁊ eius officium imploret, ⁊ hic examinet, an ab eo aufu-
git an non. Et ſi eum aufugiſſe reperitur, remittatur ad iudicem,
vnde ipſe aufugit. probatur in l.j.ti.j. ⁊ qđ ibi no. ¶ Sed cõtra hoc
oppo. ſi tu conuenis me fugitiuum, petendo remiſſionem, ego po-
tero te reconuenire ſuper cauſa ſtatus, dicendo me liberum, vt j.
de ſen.l.cum Papin. ⁊ authen. ⁊ conſequenter, ⁊ ſic in eodem loco
3 examinabitur cauſa ſtatus. Dicunt † quidam, reconuentio nõ po-
teſt habere locum, quando cauſa cõuentionis eſt ſummaria, ⁊ cau
ſa reconuentionis requirit plenariam cauſe cognitionem. Et ita di
cunt quod eſt caſus in hac lege. Sed an hoc ſit verum, dicam in d.
authen. ⁊ conſequenter, ⁊ tamen ad legem noſtrã reſpondeo, quod
4 † materia reconuentionis non habet locum in cauſis. que ſibi inui
cem preiudicant, vel quarum vna eſt preparatoria ad aliam, ⁊ in
loquitur iſta lex. ⁊ ibi videbitis.

LEX II.

PRocuratores. Procurator Ceſaris, non
eſt competens iudex in cau
ſa ſtatus.

LEX IIII.

SI ex poſſeſſione. In cauſa ſtatus, actor
ſequitur foru; rei, ⁊ par
tes (rei) ſuſtinet, qui poſſeſſionis commodo gaudet. h.d.
cum l.ſeq. ⁊ iſta lex bene congruit l.j.huius titu. quia illa loquitur,
quando eſt dubium, hic quando eſt certum.

LEX V.

IAm dudum. Cauſa libertatis, ⁊ ſeruitutis
inter fiſcũ, ⁊ priuatum exami
natur (et) a procuratore Ceſaris. cauſa vero libertinita
tis, ⁊ ingenuitatis, a Preſide. hoc dicit.

LEX VI.

IN litib. In queſtionibus ingenuitatis alicuius
viuentis, preſcriptio quinquennij eſt ſub
lata.h.d.

Vbi quis de curiali, vel cohortali alia ve condi-
tione conueniatur. Rubr. XXIII.

LEX I.

1 ☛ Liber homo alteri obnoxius, fugiens poteſt propria autho-
ritate capi, vt ad iudicem ducatur.
2 Cauſa ſtatus liberi hominis, an agatur vbi ſit captus.

Si quis

SI quis. [a] Liber homo alteri obnoxius, fugiēs poteſt capi, ⁊ ſub iudice, ſub quo capitur, cauſa ſtatus examinatur. h. d. ¶ No. hanc legem[b] pro monachis aufugientib. ⁊ pro alijs obnoxijs. ¶ Opp. quod liberum hominem quis non poteſt capere ſua authoritate, vt l. ob es. ī. de act. ⁊ obli. de priua. car. l. j. Sol. Speciale eſt † in hominib. ſic obnoxiatis, ſic conditionatis, tunc enim per conditionem perſone quandoque ſunt fugitiui, ⁊ poſſunt capi. vt hic, ⁊ s. titu. j. l. j. Et intelligo capi non vt detineantur, ſed vt ad iudicem ducantur, ⁊ ita intelligit hic glo. no. ⁊ ī. de decu. l. generali. tangitur per gl. Inſti. de act. in prin. dixi plene in l. ait Pretor. §. ſi debitorem. ī. de his que in frau. cre. ¶ Op. quod non debet ibi agi cauſa ſtatus vbi eſt captus, ſed debet remitti ad locum vnde aufugit, vt s. tit. j. l. j. Solu. † aliud in ſeruis, vt in contrario, aliud in hominib. quorum conditio alio modo eſt obnoxiata, in quib. eſt ſtatutum, vbi te inuenero, ibi te iudicabo, ita intelligitur hic. Sed certe Gul. de Cug. videtur dicere, ꝙ hic agatur cauſa ſtatus coram iſto iudice, ſub quo capitur ſponte, ſecus enim ſi peteret remiſſionem fieri ſecundum formam l. j. s. tit. j. hoc etiam velle videtur gl. in l. de iure. ff. ad municip. not. iſtam glo. que dicit capi, ſcilicet, vt ad iudicem ducatur.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si quis. Et nota gl. ſecundam hic. in verſ. ab his, que dicit, vel a procuratorib. eorum. Ex qua habes quod beneficiū capiendi propria authoritate poteſt cedi, quod perpetuo not. facit quod no. Bar. ⁊ doc. in l. j. §. ſi. ff. de noui ope. nun.

b POMA. ¶ Nota hanc l. Vide tex. in c. pen. ⁊ ibi Felin. ⁊ Scriben. de proba. ⁊ vide Areti. conſi. xcv.

LEX II.

☞ Sententia diffinitiua an poſſit ferri in contumacem pro publicis functionibus.

HAc perpetua. Homines obnoxiati, vel qui pro exactionibus, vel cōcuſſionibus conueniuntur, non poſſunt fori preſcriptionem opponere, niſi ſint milites armate militie, vel eis ſit ſpecialiter conceſſum. h. d. ¶ No. hic in fi. ſententiam † proferri contra cōtumaces. Gl. que eſt hic, dicit, intellige de pena que infertur ipſi contumaci, non quod diffinitiua ſententia proferatur in contumacem. Gul. de Cug. etiam ſic intelligit, ꝙ diffinitiua ſententia proferatur in contumacem, in caſibus hic poſitis. ¶ † Et ſic nota quod quando quis conuenitur pro publicis functionibus, poteſt in eum contumacem proferri ſententia, quod bene nota, ⁊ tene menti.

Vbi ſenatores, vel clariſsimi, ciuiliter, vel criminaliter conueniantur. Rubr. XXIII.

LEX. I.

☞ Forenſis delinquens in ciuitate punitur ſecundum formam ſtatutorum ciuitatis.

QVicunque. Qui occaſione criminis conueniuntur, ratione dignitatis. ī. illuſtrem priuilegio non vtuntur. h. d. ¶ Not. † quod reatus excludit omnem honorem. Item not. tex. dum dicit, publicis legibus ſubiugetur. Ex quo dicunt, † quod ſi forenſis delinquat in ciuitate iſta, debet hic puniri authoritate publicarum legum non ſecundum formam ſtatutorum. Contra determinant omnes doc. s. de ſum. tri. l. cunctos populos, ⁊ ibi plene dixi. Tangitur per Dyn. in l. ſi cui. §. ſi. ff. de accu. ⁊c.

LEX. II.

a SEnatores. [a] Senatores etiam in cauſis ciuilib. poſſunt conueniri, vbi habent domicilium, vel maiorem partem bonorum, vel vbi conuerſantur, in vrbe vero coram ſuis iudicibus. h. d. Quidam habēt hic

b aut, quidā ⁊, prout habetis aut, eſt caſus, quod vbi quis aſſidue[b] conuerſatur, poteſt conueniri, licet ibi nō habet domicilium. Pro hoc. s. vbi de crimine agi oporteat. l. j. vbi de heredi. agi oporteat. l. j. quod not. in l. heres abſens. §. proinde. ff. de iud. per Inno. de foro compe. c. ex parte.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Senatores. circa medium vide doc. in ca. dilectus. el. ij. de reſcript. poſt gl. ibi.

b ¶ Aſſidue cōuerſatur. Adde ⁊ intellige hoc ſaltē per decennium. Ita Cy. hic, ⁊ dicit Franc. de Aret. in c. quod clericis. de foro cōpe. ⁊ adde do. Mari. Soci. in c. licet. queſtio. vj. eo. titu. de foro compe. P. PAV. P. ¶ Aſſidue conuerſatur. vide Abbatem in c. quod clericis. in vltimo no. extra de foro comp. Et vide omnino alia que habes ad Barto. in l. heres abſens. §. j. ff. de re iud. POMA. ¶ Vide Pan. in c. clericis. extra de foro compe. in verſic. duo principaliter. idem refert Barto. ſibi contrarius.

LEX III.

QVoties. Viri habentes dignitatem illuſtrem, ex adminiſtratione in cauſis criminalibus ſolum coram principe, vel cui ipſe mandauerit, poſſunt accuſari, ⁊ poſſunt abſolui, non comdemnari, Principe inconſulto, ⁊ eius aduerſarius poterit de calumnia condemnari, niſi ſimilis dignitatis exiſtat. Qui vero ſunt illuſtres ex conceſſione, abſque adminiſtratione poterunt ſub quibuſdam iudicibus nominatis in vrbe, in prouincijs vero apud eorum rectores accuſari, qui eos poterunt abſoluere, ſed non condemnare, Principe inconſulto. hoc dicit tota iſta lex, ⁊ habet duas partes. Secunda ibi viros autem illuſtres. ¶ Nota caſum in hac l. vbi quid poteſt abſoluere, ⁊ non condemnare, ⁊ videtur contra regulam iuris, quod tene menti perpetuo.

In quibus cauſis, militantes fori præſcriptione vti non poſſunt. Rubr. XXV.

LEX VNICA.

OMnes. Militantes etiam in curia Principis, fori preſcriptionem nō habent in publicis functionibus, vel ſi pro priuatis negotiationibus conueniuntur, niſi tempore commeatus. h. d.

Vbi cauſæ fiſcales. Rubr. XXVI.

LEX I.

a NOn defenſe. [a] Iſta eſt bona lex, ⁊ declarat ⁊ ponit practicā qualiter bona auferuntur ab herede indigno, qui mortem non vindicauit, breuiter dicit. De bonis auferendis ab herede, qui mortem defuncti non vindicauit non poteſt agi niſi conuictis reis, vel defunctis. h. d. ¶ Not. hic, quod iſta accuſatio facta contra reos coniunctos, habet effectum confiſcandorum bonorum cōtra heredes. De hoc dixi plene in l. j. de his quibus vt indignis. ⁊ videtur caſus hic, ꝙ de crimine non poſſit agi ciuiliter, niſi prius agatur criminaliter. Sed hoc non eſt verum ſimpliciter. Dicemus in l. ſi. de fid. inſtr. vbi glo. dicit. ⁊ vide in l. j. §. veſtrum. de pigno.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Non defenſe. Iſtum titu. limita prout Barto. no. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. l. b. x. niſi procurator Ceſaris non adeſſet, quia Preſes prouincie eſt iudex in cauſa etiā deuoluta, per Bart. in l. a diuo Pio. §. ſi emptor. de re iudic. ⁊ ad hanc legem vide l. cum eorum. ⁊ ibi Barto. ⁊ Bald. ī. de ſenten. interlocu omnium iudi.

LEX IIII.

CVm vendente procu. Not. gl. vtrum ꝓcurator qui habet mandatum de vendendo, poſſit habere fidem de pretio, ⁊c.

Quando liceat vnicuique ſine iudice ſe vindicare. &c. Rubr. XXVII.

¶ Supra habuiſtis ab illo titulo de iudicijs, vſque huc, quando quis implorat iudicis officium contra alium. hic quando ipſemet

a ſe vindicat, [a] vel Rempublicam, ⁊ de prima parte rubrice loquitur l. j. de ſecunda parte rubrice loquitur l. ij. ⁊c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶ Vindicat. Materia huius tituli procedit quando delictum eſt de iure communi punibile. vide Paul. conſil. cxciij. vbi ponit an valeat ſtatutum quod filius poſſit vindicare necem patris. Item quoſdam alios caſus, in quibus poteſt quis propria authoritate ſibi ius dicere, vide per Bal. in c. j. §. j. de pace iura. fir. per Bald. in l. generaliter. C. de decur. lib. x.

LEX I.

LIberam. De nocturno depopulatore agrorum, ⁊ derobatore ſtratarū poteſt quis ſua authoritate vindictam aſſumere. h. d.

LEX II.

3 ☞ Qui facit pacem cum bannito ⁊ promittit non offendere, ſi tamen poſtea offendit, non dicitur pacem rumpere, quando ex forma ſtatuti bannitus poteſt impune occidi.

Bart. Prima ſuper Cod. r ij

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN